Viro Doctissimo quoque ac clarissimo
D. M. Petro Crugero amico Honorando
M. Hortensius S. P. D.

Vir Clarissime

Responsum tuum per tabellarium marinum
ad me destinatum hisce diebus salvum cum
Gaudio accepi. Gratulor mihi et scriptionem
meam et adjunctum tenue munusculum D. V.
non displicuisse. Dolui autem non leviter
cum intelligerem D. Vam non licere se
totam dare contemplationibus astronomicis, sed
aliis impedimentis a divino hoc studio abstrahi.
Et magis adhuc cum viderem D. Vam in ea
esse opinione, quod mathematici ita à Belgis
tractentur, ut quod agendum, quietè et feliciter
agere et peragere possint. Secus est
eruditissime D. Crugere idem morbus qui apud vos,
etiam hic grassatur. et in tam celebri loco
mihi quoque aliunde Quærenda alimonia primum,
Sidera post panem. Nempe collegia aliquot
aut arithmeticæ mercatoriæ aut praxeos
Geometricæ habenda sunt, prius quam sufficienter
in loco ubi omnia tam caro pretio venduntur,
dignitatem muneris tueri queam. Stipendio
fruor 600 Florenorum Hollandicorum per annum,

Tous droits réservés à l'Observatoire de Paris et pour le monde entier

quod soli victui et amictui vix sufficit.
omnes hic luxu et divitiis diffluunt; neque
coelestes et altiores istas disciplinas aut curant,
aut adire dignantur. Ideoque contemnitur
Astronomia, Optica, Musica, et quidquid paulo
supra vulgarium ingeniorum captum se
extendit. Pecuniam amant; et si ostentationis
causâ, ut se inter aequales suos jactent, tandem
aliquid efficiant; id aut circa globos haeret, aut
(licet rarius) circa fortificationem. ita nobiscum
agitur, vir Clarissime, et qui studia haec promovere
debebant, plus adhuc languerint quam caeteri quibus
~~quibus~~ usum aliquem possent praestare.

BIBLIOTHÈQUE DE PARIS

Quae circa Rudolphinas mutavit D. V.a valde
mihi placent: et dispositio illa longe videtur
futura commodior Keplerianâ. Sed male videtur
D. V.a percepisse mentem meam, cum putat me
logarithmos ex odio Kepleri aversari, eo quod
Sexagenariae formae mentionem feceram. non
hoc volebam, sed eorum causam agebam qui
sexagenis assueti, logarithmos minus norunt
tractare, quales hic in Belgio sunt multi.
et tantum abest ut logarithmos aversor, ut
contra valde eos amem, et ipse quoque adhibeam
si multae supputationes sint faciendae.
Non ignorat D. V.a minus adhuc familiarem
esse logarithmorum usum apud illos qui
mathematici ex professo non sunt, et calculum
tantum ex tabulis supputare norunt ad

Tous droits réservés à l'Observatoire de Paris et pour le monde entier

inveniendi planetarum loca. his videtur
commodior forma sexagenaria: nisi quis logarithmos
tam popularis scripto aliquando exponat, ut omnibus
ad eos aditus pateat qui modicam tantum astro-
nomiae et Geometriae habent peritiam. quod
scis ~~fis~~ nec ab Anglis nec à D. Keplero aut Ursino
adhuc praestitum. est penes me tractatus de
logarithmis D. Snellii piae memoriae manuscriptus
sed imperfectus. et in eo sum ut absolvam
ac in lucem edam, modo tempus idoneum aliquando
invenero. spero istum librum negotium logarithmicum
egregie promoturum.

OBSERVATOIRE DE PARIS

Quod ad refutationem Bartholini attinet, ea
dudum fuisset impressa nisi per summam stetisset cara
quâ typographi omnes laborant, penuriam.
verum inquit D. Va. istum virum rem non
attingere, et fortasse tangendo non esse parem.
pauca enim eorum quae tradit sunt alicujus
momenti. optassem generosiorem mihi oppositum
fuisse adversarium, ut solidioribus rationibus
res utrinque potuisset agitari. et tamen
tantâ moderatione utar, ut quod non quaeratur
non habeat. sed non manebit disputatio inter
limites quos ~~ke~~ is sibi praefixit quia plura
Longomontani dogmata excutiam. si aliquis
tandem e Germania oriatur, non mastuam neque
aegre feram: quando quidem animo meo certum
stat, aut vivere aut gloriosa morte occumbere.

OBSERVATOIRE DE PARIS

Tous droits réservés à l'Observatoire de Paris et pour le monde entier

Duo sunt quæ culpare omnes poterunt.
Unum, quod nimium dixerim in personam
D. Tychonis: alterum quod Astronomiam Lans-
bergianam majoris esse perfectionis proclamarim, quam
hodie deprehendatur. quod ad primum attinet
recte D. va sentit juvenili fervore a me
ista in parte peccatum; Lansbergium que
debuisse potius coercere impetum animi mei
quam excitare. Nam ut verum fatear paulo
impetuosius in D. Tychonem tum temporis
insurrexi; quod Lansbergius nimis secure
admisit: quum monere potius debuisset parcius
agendum, quoniam præfationem ipse legit
antequam excuderetur. ejus que rei seria
pœnitentia postea me subijt, quando irrevocabilia
quædam verba videbam omnibus sativam
motura. sed spero me apud æquos mathema-
ticos culpam agnoscendo facilem inventurum
veniam, præsertim ubi viderint me nihil
minus esse quam juratum Lansbergii sectatorem.
Quod ad secundum: sero nimis deprehendi
Lansbergiana non tam accurata esse, quam ille
ante plenariam meam examinationem jactarat.
nam cum in conficienda præfatione versarer,
ipse accuratissima esse omnia, discipulo
præceptor facile persuasit. et hinc tanta
mihi fiducia, non quidem reprehendendi-

OBSERVATOIRE DE PARIS

Tous droits réservés à l'Observatoire de Paris et pour le monde entier

errores astronomicae Tychonicae (quos alioquin
nullo tamen modo dissimulassem) sed extollendi-
Lansbergianam, quam putabam omnibus numeris-
absolutam. Praeter duo ista, quae aliquis-
reprehendat non multa inveniet. Propositum
enim est, in rescripto meo ad Bartholinum
ostendere vera quidem esse quae circa ~~citra~~ astronomiam
Tychonicam scripsi; sed non ideo Lansbergianam
per fas ac ~~et~~ nefas me velle defendere.
Si qui ergo adversarii fuerint qui D. Tychonem
propugnare volent, cum illis mihi res in posterum
erit. Sin vero Lansbergium oppugnare, cum
illis nihil habebo negotii, quanquam quidem ultro
fateri velim multis in partibus ejus astronomiam
laborare aliqua imperfectione. Sed haec
omnia latius videbis tractata in praefatione-
ad lectorem et mathematicos; inter quos et
nomen D. V.e non praeteribo. Interim velim
D. V.a dignaretur mihi omnia communicare
quae in Lansbergio observavit. multa enim
non per defectum tabularum, sed crebros
viri ~~&~~ morbos et properatam nimis-
editionem irrepserunt. Kepleri Martialia
omnia scio ~~illum~~ eum examinasse et in construendis-
tabulis adhibuisse. cur autem omnia non
posuerit in Thesauro, causa est, quod selectas
tantum observationes voluit cum tabulis suis
conferre. Exemplum Ptolemaicum, cui Longo-
— montanus

Tous droits réservés à l'Observatoire de Paris et pour le monde entier

authoritate theoriæ suæ lunaris fidem detraxit; etiamsi à Lansbergii tabulis non repræsentaretur, nihil derogaret meæ intentioni. Siquidem certum interim manet, immeritò Longomontanum ab oculata Ptolemæi observatione recessisse. Vaticinium D. V.æ quod olim Optabo intactum Pallanta, vix me habet sollicitum. nam sive vincam, sive ab alijs vincar, veritati semper litabo. rogabo que omnes ut priores ~~[illegible]~~ (meos) lapsus non objiciant ad maturiorem mentem jam provecto.

Venio ad Eclipsin Lunarem anni 1635, circa quam video ~~differentiam~~ discrimen inter observationem D. V.æ et nostram ~~acta~~ meam amstelodamensem satis notabilem, quod differentiam meridianorum, et durationis momenta. ecce collationem.

OBSERVATOIRE DE PARIS

	initium	Incidentia	Emersio	finis
Dantisci	horâ 7 39'	8 47	10 30	11 39
Amstelodami	6 43	7 51	9 30	10 34½
diff. meridd.	hor. 0 56	0 56	1 0	1 4½

tota duratio Dantiscana hor. 4 0', amstelodamensis hor. 3 51½
tota mora Dantiscana hor. 1 43 amstelodamensis hor. 1 39

addo distantias à vertice fixarum quas reperimus per magnas regulas Ptolemæi, ut si forte minus accurate calculum per festinationem interim tuto emendes.

Tous droits réservés à l'Observatoire de Paris et pour le monde entier

initio	Reguli	ad ortum	# 62° 8′
Incidentiâ	ejusdem		52 36 dist. à vert.
Emersione	Caudæ ♌		50 28
Finis	Arctari		59 14

nota (en marge de cette lettre il y a ecrit de la main de Crugerus vis à vis du 1 nombre # hinc tempus 6hor 43′. cætera est rectè supputata sunt.)

BIBLIOTHÈQUE DE PARIS

Videat ergo D. V. an non ab automato
isto aliquid potuerit peccari. ego phasium
nostrarum sum securissimus, quia pertubum
opticum omnes ipsemet observavi, cujus aliquam
mihi audeo vindicare tractandi peritiam.
adfuit observationi D. Wilhelmus Coesius,
et vir nobilis D. Laurentius Reael
quondam Indiarum Orientalium Prefectus
Generalis. plura observata præ manibus
non habeo, quæ D. Væ inservire queant.
rogo autem tutuariter ut omnibus eclipsium occasionibus
invigilet, et creberrimè mihi rescribat.
Vale Vir Clarissime, et me, ut profiteris,
in amicitiæ cultorem strenuum ~~adscisce~~ adscisce

Dabam a Mostelodami 4 Kal. Julias gregor.
anno salutis ~~restitutæ~~ recuperatæ (1) IDC XXXV

Quæso D. vam ut si occasionem habuerit
scribendi ad D. Linemannum, sciam ex ipso
an aliquid circa illam eclipsim observarit
in civitate Regiomontana.

BIBLIOTHÈQUE DE PARIS

Tous droits réservés à l'Observatoire de Paris et pour le monde entier

Viro Do[illegible] justo ac Clarissimo D. M. PETRO CRUGERO
Amico Honorando M. HORTENSIUS S. P. D.

BIBLIOTHÈQUE DE PARIS

Vir Clarissime

Responsum tuum per tabellarium Maximum ad me destinatum bisce diebus salvum tuum gaudio accepi. Gratulor mihi et scriptionem meam et adjunctum tenuit munusculum D. V.ae non displicuisse. Dolui autem non leviter tuum intelligendum D. V.am non licere se totam dare contemplationibus Astronomicis, sed aliis impedimentis à divino hoc studio abstrahi. Et magis adhuc tuum videtur D. V.am in ea esse opinione, quod Mathematici ita à Belgis tractentur, ut quod agendum, quietè et feliciter agere et peragere possint. Scribis ex Eruditissimo D. CRUGERE. Idem morbus qui apud vos, etiam hic grassatur. Et in tam celebri loco mihi quoque aliunde quaerenda alimonia primum, sidem post panem. Nempe collegia aliquot aut Arithmetice Moderatorie, aut praecepta Geometriae habenda sunt, priusquam sufficienter in loco ubi omnia tam raro pretio venduntur, dignitatem munueris tueri queam. Stipendio fruor 600 florenorum Hollandicorum per annum, quod soli victui et amictui vix sufficit. Omnes hic lucri et divitias diffluunt; neque caelestes et altiores ipsas disciplinas aut curant, aut adire dignantur. Ideoque contemnitur Astronomia, Optica, Musica, et quicquid paulò supra vulgarium ingeniorum captum se extendit. Pecuniam amant; et si ostentationis causâ, ut se inter aequales suos jactent, tandem aliquid efficiant; id aut citrà globos Haerdt, aut (circa rasinò) citrà Fortificationem. Ita nobiscum agitur, Vir Clarissime, et qui studia hac promovere debebant, plus adhuc laborant quam caeteri quibus usum aliquem possent praestare.

Quae citrà Rudolphinas mutavit D. V.a valde mihi placuit: et dispositio illa longè videtur futura commodior Keplerianâ. Sed malè videtur D. V.a percepisse mutatum meum, cum putat me Logarithmos ex odio Keplero abrogasse, eò quod sexagenaria forma mentionem fecerim. Non hoc voluerim. sed vorum causam agebam qui sexagenis assuetti, Logarithmos minus norunt tractare, quales hic in Belgio sunt multi. Et tantum abest ut Logarithmos abrogem, ut contra valde eos amem, et ipse quoque adhibeam si multae supputationes sint faciendae. Non ignorat D. V.a. minus adhuc familiarem esse Logarithmorum usum apud illos qui Mathematici ex professo non sunt, et calculum tantum ex Tabulis supputare norunt ad inveniendas Planetarum loca. His videtur commodior forma sexagenaria: nisi quis Logarithmos tam popularis scripto aliquando exponat, ut omnibus ad eos aditus patent qui modicam tantum Astronomia et Geometriae habent peritiam. Quod fieri nec ab Anglis, nec à D. Keplero aut Vossio adhuc praestitum. Est plenus mei Tractatus de Logarithmis D. Snellij seriae memoriae, manuscriptus sed inordinatus. Et in eo sum, ut absolvam ac in lucem edam, modo tempus idoneum aliquando invenero. Spero ipsum liberum negotium Logarithmicum egregiè promotum.

Quod ad refutationem Bartholini attinet, ea dudum fuisset impressa, nisi ordinem summam petiisset chartae, quae Typographi omnes laborant, penuriam. Ita inquit D. V.a ipsum vitium rem non attingere, et fortasse tangendo non esse parem. Pauca enim eorum quae tradit sunt alicujus momenti. Optasse gelmedrosiredem mihi oppositum fuisse adversarium, ut solidioribus rati

Tous droits réservés à l'Observatoire de Paris et pour le monde entier

ne ut ultimus potuisset agitari. Et tamen tanta moderatione utar, ut quod non quærantur non habeat. Sed nec manebit disputatio intra limites quos ipse sibi præfixi, quia plura Longomontani dogmata deprehendi. Si aliquis tandem à Bergania oriatur, non multum, ubi ipsi placuerit: quandoquidem animo meo optatum satis aut vindex, aut gloriosa occumbere morte. Duo sunt quæ culpare omnes possunt. Verum, quod minimum diversum in personam D. Tycho: altera quod Astronomiam Lansbergianam majoribus esse perfectionibus proclamarim, quam hodie deprehendatur. Quod ad primum attinet, vereri D. Va. fuerit juvenili fervore à me ipsa in pastu petratum: Lansbergium debuisse potius cedere impetuosi animi, quam contrariari. Nam ut verum fateor paululo impetuosius in D. Tychonem tum temporis insurrexi: quod Lansbergius minus secundè admisit: quem mordere potius debuisset, parcius agludum, quoniam Prefationem ipse legit, antequam denotetur. Ejusque rei pœna pœnitentia postea me subijt, quando irrevocabilia quidem verba verbam omnibus salivam motura. Sed petro me apud æquos Mathematicos culpam agnoscendo facilem inventurum veniam, præsertim ubi videbunt me nihil minus esse quam juratum Lansbergij detractorem. Quod ad secundum: pro minus deprehendi Lansbergiana non tam accurata esse, quam ille ante plebeiam meam examinationem jactavat. Nam cum in conficienda Prefatione versarer, ipse accuratissima esse omnia, Discipulo Præceptor facile persuasit. Et hinc tanta mihi fiducia, non quidem deprehendendi errores Astronomicos Tychonicos (quos aliqui nullo tamen modo dissimulassem) sed extollendi Lansbergianam, quam putabam omnibus numeris absolutam. Præter duo ista, quæ aliquis deprehendat non multa invenietur. Propositum enim est, in scripto meo ad Bartholinum ostendere, verba quidem esse quæ vera Astronomiam Tychonicam scripsi; sed non ideo Lansbergianam prorsus eo mihi velle defendere. Si qui ergo adversarij fuerint qui D. Tychonem propugnare volent, eum illis mihi res in controversia erit. Si vero Lansbergium oppugnare, eum illis nihil habebo negotij, quandoquidem ultro fateri velim multis in partibus ejus Astronomiam labare aliquâ imperfectione. Sed hæc omnia latius videbis tu in Prefatione ad lectorem et Mathematicos; inter quos et nondum D. Va. non pretereribo. Interim velim D. Va. dignetur mihi omnia communicare quæ in Lansbergio observavit. Multa enim non pro dispertum Tabularum, sed verbis vitiosis, et propriatum minus editionem imprimunt. Keplerij Mantialia omnia pro illum examinasse et in construendis tabulis adhibuisse. Cæterum omnia non posuerit in Thesauro, causa est, quod solertes mentis observationes voluit cum Tabulis suis conferre. Exemplum Ptolemaicum cum Longomontanus autoritate Theoriæ suæ Lunaris fidem detraxit: etiam à Lansbergij tabulis non representantur, nihil derogant mea intentio si quidem posterum interim manet, incuriosi Longomontanum ab eru Ptolemaei observationes redassit. Vaticinium D. Va. quod olim intractum Pallanta, vix me habet sollicitum. Non sive vivam, si ab alijs vivar, veritati semper litabo. Voyabo omnes ut primus lapsus non objiciant ad maturiorem mentem jam proverto.

Venio ad Eclipsin Lunarem anni 1635, cui quam video intra observationem D. Va. et nostram Amstelodamensem sa

OBSERVATOIRE DE PARIS

Tous droits réservés à l'Observatoire de Paris et pour le monde entier

in Tabella

	Initium.	Incidentia	Emersio	Finis.
Dantisci	Horæ 7 39′	8 17′	10 30′	11 39′
Amstelodami	Horæ 6 43	7 51	9 30	10 34½
Diff. Meridd.	Hor. 0 56	0 56	1 0	1 4½

Tota duratio Dantisana hor. 4 0′, Amstelodamensis hor. 3 51½.
Tota mora Dantisana hor. 1 43. Amstelodamensis hor. 1 39′.

Addo distantias à vertice signorum quas sumimus per magnas Regulas Ptolomæi, ut si forte minus accuratè calculum per festinationem inierim, tuto emendes

Initio	Regulæ	ad ortum	62 0.	Hinc Tempus 6 43 Catona et recte supputata sint
Incidentiæ	Ejusdem		52 36.	Dist. à Vert.
Emersionis	Cauda ♌		50 28.	
Finis	Arcturi		59 14.	

Videat ergo D. Va. an non ab automato isto aliquid potuerit peccari. Ego phasium nostrarum sum secundissimus, quia per Tubum opticum annulos ipsemet observavi, cujus aliquam mihi audeo vindicare tractandi peritiam. Adfuit observationi D. Wilhelmus Casius, et vir Nobilis D. Laurentius Reade quondam Indiarum Orientalium præfectus Generalis. Plura observata præ manibus non habeo quæ D. Va. inservire queant. Rogo autem humanitate ut omnibus Eclipsium occasionibus invigilet, et certiorem mihi rescribat. Vale vir Clarissime, et me, ut prosperitatis, in amicitiæ cultorem studiosum adscribe.

Datum Amstelodami 4 Kal. Julias Gregor.
anno salutis redemptæ CIↃ IↃC XXXV.

Cujus D. Va. ut si occasionem habuerit scribendi ad D. Lindemannum, scriam ego ipse an aliquid vitra illam Eclipsim observavit in Civitate Regiomontana.

Hortensii

Viro Doctissimo ac Celeberrimo
D. M. PETRO CRÜGERO, inclytæ
Reipublicæ Dantiscanæ Ma-
thematico publico, ingenio-
sissimo, amico plurimum
Honorando.

Hodiae 26 Julii 1635
Dębinski.

Dantiscum.

OBSERVATOIRE DE PARIS

Amicus Praul.

Tous droits réservés à l'Observatoire de Paris et pour le monde entier